



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberti Tvrneri Devonii Oratoris Et Philosophi
Ingolstadiensis Panegyrici Dvo**

Turner, Robert

Ingolstadii, Anno M. DC. IX.

Robertvs Tvrnervs Gvlielmo, Serenissimo Vtrivsqve Bauariæ Duci, &c.
Domino Clementissimo S. P. D. III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69598](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69598)

maximè, Principem beneficentia, subditum fides. nam sit & beneficentia, vt qui Princeps est natura, sit beneficio Deus: & fide, vt qui subditus est lege, sit officio filius. vnde gaudebant Alexander ac Leopater, ille se in hoc reperisse fidem, hic se in illo expertum fuisse beneficentiam. fuit certè gaudium vtrunque serium, vtrunque sanum, cum quæ res duæ in natura sint maximæ, hæ singulæ ex illis singulis efflorescant, ex beneficentia homo factus Deus, ex fide seruus factus filius. quare gaudeo, gaudeboque semper, meam fidem in eam Principis beneficentiam incidisse, quæ possit suæ liberalitatis fontes effundere beneuolè, cum peratur; ac prudenter occludere, si taceatur. peto ergo per Magnificum D. Cancellarium parua audacter, necessaria vehementer, audacter tamen & vehementer ea moderatione, vt petam etiam à Principe & mearum iam fortunarum Deo suppliciter & venerabundè. Valeat. Ingolstadtj.

ROBERTVS TVRNERVS GV-
LIELMO, SERENISSIMO VTRIVSQUE
Bauariæ Duci, &c. Domino Cle-
mentissimo S. P. D.

III.

Hominem familia facit Principem, Principem
beneficentia facit Deum. Vos Dij estis, dicit
Deus,

Deus, sed dñi homines, id est, ij, qui non tam homines videntur propter corporis contagionem, quam dñi propter mentis beneficentiam. reliqua virtutes à Deo sunt, sed quasi particula quaedam decerptæ, ad inferioris notæ homines ornandos: beneficentia autem non tam particula est libata à Deo, quam Dei perfectio, quæ in Principis animo, tanquam solio, resideat. Principes ergo per diuinam beneficentiam dñi, reliqui homines per virtutes reliquas, quasi Dei notas, Diis similes vocantur. quorsum hæc? vt gratissim, quod offeram hodie Serenissimo materiem ostendende beneficentiæ, id est, exerenda suæ diuinitatis. quam materiem? explicabit Magnificus Dominus Vendius, id quæ tam commodè, vt sperem me habiturum occasionem colendi Dei Principis. Valeat. Ingolstadtij.

ROBERTVS TURNERVS
NOBILI ET CLARISSIMO VIRO, ERASMO
MO VENDIO, Serenissimo Bauariae
Duci à Consiliis S. P. D.

MONACHIVM.

IV.

NON possum multa per tempus, ac si possem equidem, nollem, ne videar velle negotiorum tuorum quæ plurima solent esse & grauissima, cursum meum